

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 228. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677736746592/facsimile.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

nem Status Roboami, Lectori benevolo Regis utriusque
 57 historiam ex I Reg: 12: non sine debito studio legendam,
 animis inculcandam, et nocturnâ diurnaue manu versan-
 60 dam offerre haud erubescimus, utraque autem historia con-
 juncta Jdeam totius mundi ac orbis imperantis animis veri-
 tatis et rationis Status optimi avidis luculenter exhibebit.

Thesis 2.

Atque priorem ut attingamus historiam, Curiam et rationem
 63 Status Roboami perlustraturi deprehendimus in hoc Rege,
 et quæ laudem et quæ vituperium merentur.

Thesis 3.

66 Laude dignus est Rhoboamus, 1, quod rem propositam ac
 petitionem populi v: 5: diligentiori consilio et exquisitæ
 69 deliberationi submiserit, nec præcipitans responsum dede-
 rit: 2, quod consilium cum consiliariis intimis inierit: 3,
 quod reditum ac responsionem populo pollicitus concesserit.
 Vituperium autem incurrit, 1 quod Seniores canitie et
 72 prudentiâ venerabiles, ceu ad nullam rem utiles, non sinè
 contemptu ac regni damnô, neglexerit ac præterierit; 2,
 75 quod juniorum, imprudentiorum, fortè, Venatorum, contri-
 bulionum et collusorum consiliis atque inani nutui rem
 tamen ponderosam reliquerit; 3tiò, quòd postulatis populi
 78 æqvissimis, et justissimis annuere recusaverit, ut suam pro-
 diderit imprudentiam, ut regni ordinibus atque totius
 imperii subjectis supplicantibus summam fecerit injuriam.

Thesis 4.

81 In historia Jeroboami à v: 25 ad finem hæc in laudato Rege
 vituperanda occurrunt: 1: civitatem ac domum regiam ex-
 84 truendam curavit, de domo autem et cultu vero veri Dei
 alium est silentium; 2: pravas molitur cogitationes panicô
 et vanô terrore percitus, de defensione sui regni ac rebellione